



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Oratio mentalis die tertia synodi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

ac sollicitudinis studio inflammationis sit, ad omnia Ecclesiastica disciplinae re-  
giam cumulatamque executionem per-  
petuamque obseruantiam.

Lecta q; sunt monita executionis de-  
cretorum de suggestu, quæ habentur in  
volumine supra Synodi xj.

His ordine sic absolutis, Illustriss. Ar-  
chiepiscopus de more ante quam hic Sy-  
nodali conuentus dimitteretur, sequen-  
tem Synodum, nempè xij. indicem manda-  
uit, prævia instantia promotorum.

Instantia promotorum pro Indictione  
futuræ Synodi.

Illustriss. ac Reuerendiss. Pater & Do-  
mine in Christo.

**A**ntiquo Canone, & decreto prouin-  
ciali, & Synodali item cautum est,  
proximam Synodum diœcesanam in se-  
fione indici: ideo pro munere nostri ab  
Illustrissima amplitudine tua nobis de-  
mandati ratione, humiliiter instantius,  
& petitus, Synodum diœcesi xij. futurā  
in hoc Synodali conuentu, omnibus qui  
interesse debent, pronunciari, & indici.

Tum lectum est Decretum Indictio-  
nis, ad præscriptam formam.

Decretum de inductione visitationis.

**V**eteris, & laudatissimi, cum discipli-  
næque Ecclesiastice ratione atque  
vñ conuenientis instituti illud est, an-  
tequam Synodus dimittatur, clero vñi-  
uerso qui præsens in Synodo est, aliqua  
edici, quæ anniversariis actionibus per-  
petuis præstanta sunt: edicimus igitur  
omnium & singularum regionum cleri  
visitationem, quam omnes, singuliq; vi-  
satores nostri in sua quique regione  
diligenter obeant, atque adeo præstent  
ad præscriptum monitorum, quæ dili-  
gentioris executionis causa in hac Sy-  
nod. xj. edidimus. Omni igitur studio in  
omnes partes ad recte exequendi vñsum  
excitato ita se gerant, vt nullam eorum  
negligentiam, cuius nobis aliquando ra-  
tio reddenda est, animaduertamus; sed  
diligentiam præstantissimam, cuius fru-  
ctus in omni recta executione constet,

nos in Domino commendemus.

Indicta visitatione, audientia, quam  
Synodo absolute Illustrissimus Archi-  
episcopus, Vicariis, & aliis diœcesanis  
dare solet, indicta est.

Decretum de inductione publicæ au-  
dientiæ.

**V**icariis foraneis hodie à prandio au-  
dientiam indicimus, & iis quoque  
omnibus & singulis, qui aliquid habent,  
quod nobiscum, aut cum ministris no-  
stris agant. Iiis etiam, quibus à visita-  
toribus, Præfective scrutinii, & vica-  
riis foraneis iussum est ad nos venire.

Demum Illustriss. D. Archiepisco. de  
more orationem publicam, quæ in vr-  
be, & diœcesi fieri solet, in fine Synodi  
indici & promulgari iussit.

Decreti formula habetur supra in Sy-  
nodo 7. diœcesi pag. 80.

Cum omnia in hac xj. Synodo agen-  
da & tractanda, Diuina auxiliante cle-  
mentia ad optatum finem perducta essent,  
& cum iam hora esset tarda, vt de more  
ritè recteque Synodus dimitteretur, Il-  
lustriss. Archiepiscopus suggestum ascé-  
dit, & iterum clerum allocutus est.

Absoluto sermone, pulsatione solen-  
ni campanarum, inchoata est processio  
de more, eundo per ambitum, & extra  
Ecclesiam: & dum cleris regionatim &  
collegiatim ad processionem diriger-  
tur, Tabellarum acclamationum facta  
est distributio. Postea vero quam cleris  
vniuersus rediit, denuo suis locis conser-  
derut, & facto silentio, in oratione men-  
tali certis capitibus enunciatis per Re-  
ueren. Archidiaconum, Illustriss. D. Ar-  
chiepiscopum, & cleris vniuersus, quasi  
per horæ dimidium perfliterunt.

Oratio mentalis die 3. Synodi.

**I** Fratres carissimi: Conuersi ad Do-  
minum, puro corde oremus, vt pre-  
ces nostras in beneplacito suo exaudire  
dignetur. Et quia imperfectum nostrum  
quod in Synodi celebritate admisimus,  
viderunt oculi Dei; ad miserationis di-  
uinæ remedia confugiamus, hocq; pro-  
strati precemur, vt ignorantiae nostræ  
parcat erratis; & negligentia etiam,

M 4 quam

quam ex monitis internis decretorum agnoscimus, & remordente conscientia tabescentes, intimo dolore confitemur, indulget; & quidquid offendit, negligita Synodali & clericali sancta discepula, cuius officia inoffensè præstare debemus, aliquo modo contraximus, eo condonante veniam consequamur, & à cunctis absoluamur nostrorum nexibus erratorum.

II. Fratres carissimi: ad sancta officia promerenda diuinæ miserationis gratia inspirante conuersi, toto cordis affectu Deum precemur, vt bonum, quod in nobis à Reuerendissimo Archiepiscopo, tam incensocharitatis studio & officio requiritur, omnino exequamur; vtq; prompta cum eo sollicitudine gradientes, dignè ambulemus vocatione qua vocati sumus, omnique in opere bono crescentes, obediamus studiis Deo placitum orationum.

III. Fratres carissimi: toto cordis affectu orate, vt in omni humilitate, & manu suetudine ambulemus; vt solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis, & Christi dñi iugū quod suave est, & onus leue patienter portantes, demum hæreditemus cœlestem terram viuentium, & multitudine pacis æternæ delectemur.

Quæ orationes semper recitantur in ultima die, & sessione Synodi: & vbi fiat sessio quarta, ponantur orationes etiam infrascriptæ in penultima die.

#### Oratio mentalis.

I. Fratres carissimi: Pio internæ defunctionis & orationis affectu orate pro Reuerendiss. Archiepiscopo nostro, vt spiritualibus amplificetur augmentis, & uerbo, & exemplo, quibus præst pro ticiat, ad vitam sempiternam.

II. Fratres carissimi: toto cordis affectu orate pro ministris Reuerendissimi Archiepiscopi, quatenus dum manus in bonis operibus eleuant, laborum suorum a Deo benedictionem largissimam consequantur.

III. Fratres carissimi: obsecremus Deum omnipotentem, vt toties, præserum in hac Synodo nos moniti, & ad spi

ritum Sacerdotalem excitati, adjutrice eius diuina gratia, viam latam & spatiosam relinquamus, quæ dicit ad perditionem; & diuinæ virtutis dextera, deducamur ad illam angustam atque arctam spiritualis vita semitam quæ dicit ad vitam, illamque viam usque ad obitum pergamus, quoisque ad Christum dominum perueniamus, qui est nobis via, veritas, & vita: Amen.

Postremò acclamations de more in hunc modum ætæ sunt, toto Clero acclamante.

#### Acclamations cleri in Synodo Diocesana.

Archid. Deo patri misericordiarum, & Deo totius consolationis, gratia.

Responsio. Immensa est misericordia tua super nos domine, qui conciliorum exercitationibus rectum iustitie tuæ trahitem, & disciplinæ regimen iugiter docere dignatus es: tibi laus, tibi honor, tibi gloria, in sæculum, & in æternum.

Archid. Beatissimo Gregorio Papæ, & domino nostro sanctæ universalis ecclesiæ Pontifici, cunctarum gentium obedientia, & christiani nominis in omnem terram propagatio.

Respon. Domine Deus, Sanctissimum Patrem gratia tua custodi, vt eo gubernante, gentes sancto veræ fidei lumine perfusæ, in unum Ecclesiæ tuæ ouile colligantur.

Archid. Reuerendissimo Archiepiscopo nostro salutaris vigilantia.

Respon. Omnipotens Deus, super Antistitè nostrum benedictionum tuarum dona perpetuè multiplicata.

Archid. Serenissimo Regi Philippo, Christianæ religionis defensori, perpetua felicitas.

Respon. Aeterne Deus, Catholicum Regem nostrum in amore tuo conserva, vt cœlesti gratia tua auctus, omni tua benedictione perpetuè dilatetur.

Archid. Populo-Mediolanensi pax Christi æterna.

Respon. Memento domino Deus in beneplacito populi tui, ac perpetuum tuæ benedictionis rorem illi infunde.

Archid. Nos Dei voluntatem explan-

1637